

93)

Illustriſſimo Principi ac Domino D. JOHANNI Conit.
Palatino Bipontino.

Ptolomæus Philadelphus summo id olim agebat studio, ut omnes
orbis libros, quotquot cognitu digni et cupiditati ejus grati essent,
in Bibliothecam suam colligeret. Et si autem haberet jam in-
structissimam, adeo ut Bibliothecarum Regiarum Prefectus
interrogatus à Rege, equos millia jam comparasset, responde-
rit ducenta circiter millia se jam habere, sed brevi habiturum
quingenta millia: tamen ejusdem Prefecti suasque legis insuper
Judaica volumen sibi comparari volebat, atque etiam ut Graecè
à pleribus legi possit, ex Hebraeo in Graecum sermonem à LXXII.
interpretibus Judæis converti sancti omnino Regio iussit, in-
ductus ad id re quadam, quod Demetrius s. id nomen Prefectus
erat. Dixerat deum illum esse legis ejus auctorem, qui ipsi in-
perium dedisset. Quo studio sane Rex immortalem sibi gloriam
adeptus est, effecitque, ut non modo tunc Philadelphi Bibliotheca
toto orbe esset notissima, sed hodie etiam à Christianis nomen
ejus aeterna consecratum memoria celebretur. Quanto vero
magis opera pretium et ordine suo rem dignam Christiani
Principes facere hodie censendi sunt, qui hoc seculo literatissimo
Bibliothecas condunt curantque, ut non tam numero, quam pre-
stantia librorum habeant quam nitidissimas, atque primo, medio
et ino loco semper in eis emineat Sanctissimus ille non jam
Judaica, sed Christiana legis juxta atque Evangelii codex, quem
κατ' ἐξουχὴ BIBLIA quasi volumen voluminum et tracta-
tum tractatum appellamus: Multo siquidem certius quam
Rex ille Ethnici quondam scire potuit, norunt ipsi et persua-
sum habere debent, sacros hosce libros minime hominum
sapientia ingeniose excogitatos, sed dictante spiritu Dei san-
ctorum Prophetarum et Apostolorum calamo exceptos exaratosque
esse: spiritu

esse: Spiritu, inquam illis Dei, qui non modo Imperij dignitas
suisq; ipsorum auctor est, sed omnimoda insuper benedictione
coelesti ipsi benedixit in Filio suo, pro qua non aliam gratiam
sibi reponi possit, quam fidem et observantiam voluntatis
suae sacris illis libris descriptae. Nec vero ad eam rem magno
amplius sumendum opus est. Omnes jam Christianorum Academiae
sanctam linguam profitentur excoluntq; ut non sit necesse
a fideis interpretes mercenarios conducere. Extant sacri
codices non Graeco tantum et Latino, sed patrio etiam idiomate
nitidissime impressi: quod inter praecipua Germania nostra
ornamenta et beneficia Dei ponendum esse dico. Ea res fecit, ut cum a
typographo nostro denovo hi recedendi essent, haud gravatim obtemperaverim eorum
iudicio ac voluntati, qui me in editione hac elaboranda, ut quam
cultissime prodiret, aliquid operae ponere voluerunt. Et si
vero onus minime leve, tantumq; non impar humeris
meis mihi impositum esse, progressus tandem me docuit,
tamen et Deo bene juvante. conatus meos et amicis alijsq; viris
auctoritate pollentibus hortatu suo eodem urgentibus coeptum
laborem ad finem usq; constanter pertexere, ac sperare
suum ausu, eam neq; inutilem Ecclesiae futuram neq; injucundam.
Prodit ergo hoc sacrum volumen qualibuscunq; notis acq;
illustratum. Auspiciis quidem ac nomine Illustrissimorum P.P.D.D.
Johannis Casimiri Administratoris Elect. Palat. et D. Friderici
eiusdem Clientis Dominorum meorum Clementissimorum, sed ita ut nec
quidem voto universe simul Ecclesiae ejusdemq; fidei Patronis omnibus con-
secratum esse debeat. Tua igitur etiam, Princeps Illustrissime,
Bibliotheca exemplar hoc publicum offerendum censeo, non
quidem munus

145

quidem minus Tua felicitate, satis dignam, at quantum
a me hoc tempore proficisci potuit, observantia erga Te
mea argumentum. Ignotus forte homo sum, at non ignota
mihi est praeiens virtus felicitatis Te. Et cum proclara
eruditione, conjunctum vera doctrina coelestis studium in-
galare, quo inter Germaniae Praeres Te. Excellit. Nec in-
cognita est. Tua laevi hujus voluminis praesentia et
signitas, qua etiam cum ab ignotis reddita est illustrior, no-
bis gratior esse debet. Opus est arbitro Te, qui de contro-
versis sententiam dicat? En arbitrum vel potius judicarium
Canonem et divinam stateram de scripturis sanctis, ut Au-
gustinus vocat. In illa quid gravius, quid levius sit, appendat;
imò non appendatur, sed a Domino appensam recognoscatur.
Si populares errores facile in altum elevabit veritatis
pondus, et inter sophistarum protervityna aqua famen
parte ac parte fructur Ecclesia. Ab ignoto igitur, Illustris-
Princeps, virtutis dignitatis Te. Studiosissimo hoc quale-
cunque munusculum ut clementer suscipias, et quo loco olim Ho-
lmsus divina Legis codicem in sua Bibliotheca magnifi-
centissima consistere, voluit, ut aliquam Deo illi reponere et
gratiam in quo imperium accepisset. Eodem Te quoque, summo
vimirum, medio et imo loco, sanctissimum hoc veteris ac Nova
Legis volumen in Bibliotheca Tua nitidissima, eadem, imò
priori multo religione inducitur, reponere, neque pro Tua se-
mentia benigne ut complectaris, oro. Dominus Jesus Christus
C. T. clementer protegat, et gubernationi Tua ad laudem
gloria sua et Ecclesia atque Republica salutem quam cumula-
tissime benedicat. Heidelbergae 4. Non. Maij. 1588.
D. Pareus.